



Questio quinquagesima

et sic semper remanente bono non potest aliud esse integre malum. tunc quod etiam destrueret seipsum ut dicitur in quarto libro ethicorum. Tercio sic quod ratio mali repugnat rationi primi principii. tunc quod omne malum causatur ex bono. tunc quod malum non potest esse causa nisi per accidens

Questio. I. de substantia angelorum habet quibus arti

1^a ad 2^m Necessesse est ponere ad hoc quod uniuersum sit perfectum aliquas creaturas incorporeas quod id quod proprie in rebus creatis deus intendit est bonum quod consistit in assimilacione ad deum. Perfecta autem assimilatio effectus ad causam attenditur quoniam effectus immitatur causam secundum illud per quod causa producit effectum. sicut calidum facit calorem deus autem producit creaturas per intellectum et voluntatem unde ad perfectionem uniuersi requiritur quod sint aliquae creature intellectuales. Intellegere autem non potest esse actus corporis vel alicuius virtutis corporee quod omne corpus determinatur ad hoc et nunc uniuersum necesse est etiam quod

secundus ad 2^m Angelus non est compositus ex materia et forma. non enim est possibile quod forma spiritualis et corporalis recipiatur in una parte materie quod sic una et eadem res numero esset corporalis et spiritualis. Neque in alia parte materie quod quoniam materia istorum inferiorum diuiditur in partes intelligitur sub quantitate sed impossibile est quod materia in qua est spiritualis sit subiecta quantitati. Secundo probatur sic quod operatio cuiuslibet rei est operatio secundum modum esse eius. Intellegere autem est operatio penitus immaterialis. quod ex eius obiecto apparet a quo actus quoscumque recipit speciem et rationem sic enim uniuersum quodcumque intelligitur in quibus